

unam tinam calidâ aquâ plenam in unâ barchâ, qui nudi erant habentes singuli post collum unum saccum, et se submergentes in aquam, pisces manibus capiebant ponentes eos in saccis suis, et cum ascendebant eos in barcha sua ponebant; postea in aquam illam calidam se ponentes;¹ tunc alius ibat faciens sicut primus, et sic isto modo multos pisces capiebant.²

32. *De civitate Cansaiâ quæ maxima est de mundo.*

Hinc ego recedens veni ad aliam civitatem nomine Cansaiæ³ quod idem est quod civitas cœli. Hæc civitas major aliquâ quæ sit in mundo,⁴ et bene circuit c miliaria. In ipsa non est spansa⁵ terræ que non habitetur bene; et multociens erit domus aliqua quæ bene x vel xii supellectiles⁶ habeat.⁷ Hæc civitas etiam habet burgia⁸ magna habentia majorem gentem quam ipsa civitas tenet. Hæc xii portas [habet] principales, et prope quamlibet illarum portarum ferme ad viii miliaria sunt civitates majores quam essent civitas Venetiarum et Padua, unde bene ibitur sex vel septem dietis per unum illorum burgorum, et tamen videbitur modicum permeasse. Hæc civitas posita est in aquis lacunarum quæ manet et stat, sicut civitas Venetiarum.⁹ Ipsa etiam habet plures quam xii millia pontium,¹⁰ in quolibet quorum morantur custodiæ custodientes ipsam civitatem pro magno Cane. A latere hujus civitatis labitur unum flumen juxta quod sita est civitas ista, sicut Ferraria ipsa manet,¹¹ unde longior est quam lata.¹² De ipsa autem diligenter scivi et quæsivi a Christianis Sarracenis ydolatris cunctisque aliis, qui omnes loquuntur uno ore quod bene centum miliaria circuit. Per dominum etiam unum mandatum habetur; nam quilibet ignis solvit unum balis¹³ annuatim ipsi Cani magno id est quinque cartas ad instar bombicis,¹⁴ quæ unum cum dimidio florenum valent. Hunc etiam habent modum; nam bene x vel xii supellectiles¹⁵ faciunt unam ignem, et sic solum pro uno igne solvent; hii autem ignes sunt lxxxv¹⁶ Thuman, cum aliis quatuor Sarracenorum qui constituunt lxxxviii.¹⁷ Unum autem Thuman

¹ *Ven.* ponebant; *Mus.* balnearunt.

² *Hak.* quite omits this second fishing story.

³ *Ven.* Campsay; *Far.* Chansanæ; *Hak.* et *Mus.* Kanasia; *Bol.* Chamsana; *Marc.* Camsaye.

⁴ *Boll.* omni aliâ quam conspexi.

⁵ *Ven.* Particula; *Far.* non est terra; *Mus.* nec in ea vidi spatium sive placeam vacuum quin bene inhabitaretur.

⁶ *Hak.* has imo vidi multos domos habentes x vel xii solaria unum supra aliud, which is enough to condemn the authority of that version; *Mus.* has the same.

⁷ *Hak.* et *Mus.* suburbia.

⁸ *Bol.* id est familias.

⁹ *Hak.* Sita est in aquis quæ semper stant et nec fluunt nec refluunt; vallum tamen habent propter ventum sicut civitas Venetiarum; *Mus.* to same effect.

¹⁰ *Hak.* decem millia et 2... quorum multos numeravi et transivi; *Mus.* xii millia.

¹¹ *Ven.* et *Far.* Sicut Ferraria juxta Padum; so *Boll.* also.

¹² *Mus.* Hæc sicut Ferraria ipsa manet nam longior est quam lata.

¹³ *Mus.* balistorium.

¹⁴ *Far.* unum balis 15 cartas bombicis; but this should probably be balis i.

¹⁵ 5 cartas, etc. (i. for id est), as *Hak.* has it actually.

¹⁶ *Mus.* adds gratuitously id est solaria sive domus.

¹⁷ *Far.* lxxv; *Hak.* as in text.

¹⁷ *Far.* lxxviii; *Hak.* as in text; *Mus.* has viiicv et ixcix, but evidently means 85 and 89.